&si communionem criminum incurrit. Nescit tamen ducem se prae
bere peccantibus. habeat forsitan reatum de neglecta cautione. Non ha
b& dignum supplicium de scelerum principatu. sub quadam uerecundia
iungitur delinquentibus quia ad adulta iurgia conuocatur. Non mere
tur disperationem perditi in quo facilis tantum credulitas inprobatur.
Uos potius uideo tibiorum germina uos agnosco in quibus naturae
uilitas conuenientes sibi mores peperit. Quos degenerasse claritas
fuerat qui per meritita & titulum religionis gaud&is inpunitate
uitiorum. Quorum labia numquam aut honorum sapor tetigit
aut quietis. qui fas omne origini parendo uiolatis. quos de latebris
& specibus productus praesens causam monstrauit. Quis ante con
cinnationem mali buius quies s&is agnouit diu fouistis secr&a quib;
uos nox generationis abdiderat. Redite potius ad amicam caeci
tatem nobis serenam & diurnam lucem relinquite. Concordiam
eclesiae aut absentia aut correctione praestate. si tamen uultis uos
numerari inter splendidas prosapies actuum emendatione cog
noscam. Finit.

## Epitafium Habundantiui

Numquam morte perit meritis post busta superstis
Funera sublimem non capiunt animam
Sanguis honor genius probitas constantia census
Interimunt multis dotibus exitium
In commune bonus non sentit damna sepulcri
Fila legunt parcae quae dederant miseris
Pendula lassantur quae plebem stamina portant
Fortia contingunt licia nobilibus
Cana uenerandi renouabant saecula mores
Inque uicem templi pectora munda tulit

## Afris cohortatio ad co(n)statia(m)

Lucrum forsitan putar& inimicus si inter pericula quae christia
nis indixit credentium animos subegiss&. & per diuersa d(omi)ni gre
ge disperso non sup ess& uel inter paucos a quibus possit fide per se

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0100